Infrascriptus praesentibus fidem facio, ac recognosco Dominum Stephanum Bary, hinc Pestino oriundum, spatio duorum annorum, et quinque Mensium inde a 17a Aprilis Anni 1814, usq in praesentiarum computando, prones filium meum in Qualitate Informatoris in Domo mea constitutum, in iis doctrinis, quae studiosae Juventuti in Classe Normalium tradi solent, adeo versatum esse, ut illius solertia, dexteritate, et in docendo habilitate, filius meus Andreas hic Pestini publicas Scholas frequentans in 2a Normalium Classe, seu Schola, inter 180 Studiosos primus Eminens meruerit esse, consecutive pro docenda Schola Normali aptum, qualificatumque existimando, Eundem coeteroquin a probitate morum mihi notissimum, hisce commendandum etiam esse duxi. Sig. Pestini 12a Mensis Sept. 1816

Stephanus Muslay m. p. de Boros Jenö
I. Comitatus Pestiensis Ord. Fiscalis, et Tabulae Judiciariae Assessor
(L. S.)

Praesentem Copiam cum suo vero, ac genuino Originali in omnibus conformem esse, hisce fidem facio. Sgnum Pestini Die 12a 7bris 1816.

Joannes Kaszap
Inclytae Tabulae Regiae Judiciariae Jur. Notarius

Pest városi levéltár
Intimata Nrus 4389